UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Philiberto abbate. Cap[itulu]m. lxxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nem pulſauit. Ita vt expreſſe diceret ſe nunꝙ̄ lerum futurum. Quod ſanctus audiens pro eo orauit: ⁊ tentatio mox diſceſſit. Ita vt poſtmodum diceret ſe nunꝙ̄ triſticiā habiturū. ¶ Cū ſanctus malachias epiſcopus hibernie in ſuo monaſterio migraſſet: ⁊ bernardus pro eo miſſam pro defunctis inchoaſſet gloriam eius intra canonem domino ſibi reuelante cognouit: ⁊ poſt cōmunionis collectam pro confeſſore pontifice commutauit. Cui dum cantor innueret ꝙ errabat: ait ſe non errare: ſed ſcire quid diceret. Deinde accedens ſacro corpori pedes oſculatus eſt. ¶ Viſitatus a quibuſdam tyronibus in quadrageſima rogabat eos: vt ſaltem illis diebus a ſuis ſe vanitatibus cohiberent. Quibus recuſantibus vinum benedictum ei in poculum tradidit: ⁊ mox illorum vitam in melius commutauit. ¶ Tandem morti appropinquās fratribus ſuis: charitatem: humilitatem: ⁊ patientiam iure teſtamenti reliquit. Deinde poſtꝙ̄ multa miracula perpetraſſet: ⁊ centum ⁊ ſexaginta monaſteria conſtruxiſſet: anno domini milleſimocenteſimo et ſexageſimotertio etatis vero ſue anno ſexageſimotertio inter filiorū manus obdormiuit in domino decimotertio kalēdas ſeptembris. Sepultuſqꝫ eſt in monaſterio claraualleñ. multis ⁊ mirabilibus miraculis refulgens. ¶ Hic doctor ſanctus multos libros et tractatus edidit. Scripſit librum vnum de contemptu mundi ad clericos. Item exhortatorium de paſſione et reſurrectione domini librum vnum De gratia et libero arbitrio librum vnum. De gradibus humilitatis et ſuperbie librum vnum. Ad abbatem columbenſem de precepto ⁊ diſpenſatione librum vnum. Ad ciſtertieñ. ⁊ cluniaceñ. apologeticū librumvnum. Ad hugonem de ſancto victore librum vnum. Super pſalmū. Qui habitat. homelias. xviij. Super cantica canticorum homelias ſeptuagintatres. Super Magnificat. tractatum vnū. Epiſtolas ad diuerſos. cccxl. Sermones vero innumerabiles. Item ad eugenium papam tertium de conſideratione libros quinqꝫ. Ad milites templi de laude militie noue librū vnū. Et alia opuſcula multa ⁊ elegantia cōpilauit.

¶ De ſancto Philiberto abbate. Cap. lxxxv.

PHilibertus abbas apō Rothomagū claruit tempore clodouei regis frācorum. Qui adhuc iuuenis a dagoberto rege francorum in palatio ſuo aduocatus: cum eſſet annorum viginti elegit chriſti fieri diſcipulus: et in robatenſi monaſterio ſub agilo abbate monachus factus eſt; vbi operibus penitētie vacans: multa diaboli tētamina pertulit: quas oēs xp̄o adiutus ſuꝑauit. Succeſſitqꝫ agilo in abbatie regimine: domuꝫ ſibi creditā ſtrenue gubernādo ⁊ miraculis coruſcando. Dum aūt quidā eū ex fratrib⁹ liuore inuidie ex cenobio abieciſſent: vnus eorū ictu fulminis interijt: alius in ſeceſſum oīa interiora depoſuit. Reliqui timore ꝑcuſſi penitētiam agentes: ipm̄qꝫ reuocātes eidē humiliter obedierunt. ¶ Poſtmodum aūt a rege clodoueo ⁊ bathylde regina francoꝝ in pago rothomageñ locū appellatū gemericū obtinuit: vbi egregiū monaſteriū conſtruxit. ¶ Monachū quendam quem ad regē ꝓ cauſa cenobij mittere diſponebat febre detentū imperās febri ſanauit ⁊ miſit. ¶ Exiſtente eo Pariſius latro chirothecas eius furatus eſt. Mane autē ſe ardere eiulans ⁊ loqui nō valens: ſinū cū furto abſcōdito patefecit. ¶ Cū nocte quadā in baſilica ſancti petri oraret: viſi ſunt oculi eius q̄ſi due lāpades fulgentes. ¶ Monacho qui languēs ad extrema venerat: ⁊ loqui nō valebat: peccatumqꝫ vnū in confeſſione ſciēter omiſerat: orone ſua loq̄lam reſtituit: illeqꝫ pctm̄ confeſſus: mox expirauit. ¶ Cū fratres meſſem ſuccidierēt: ⁊ manipuli ꝑ agros iacerēt: tempeſtatē ſubitā ingruētem a meſſe ſedauit: ⁊ cōtinuo ſerenitatem adduxit. ¶ In villa quoqꝫ pineuio hoſpitalitatus a muliere quadā pauꝑe in domo ſuſcept⁹: vas vini quod habebat bñdixit: ⁊ multis inde potātib⁹ cūctiſqꝫ ſatiatis ipſo abeūte plenum repertum eſt. Quieuit in pace vir dñi. xiiij. kal. ſeptēbris. Sepultus in monaſterio ſuo predicto.

¶ De ſanctis Chriſtophoro ⁊ Leouigildo martyribus. Cap. lxxxvi.

CHriſtophorus ⁊ leouigildus martyres apud ciuitatē hiſpanie cordubā paſſi ſunt: q̄ tēpore ꝑſecutionis ab infidelibus cōprehenſi cum chriſtum confeſſi eſſent: gladio cedente martyrium conſumauerunt: quorum corpora poſt abſciſionē capitum igni tradita ſunt. Qui paſſi ſūt. xiij. kal. ſeptēbris: vt Ado tradit in ſctōrū martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſanctis martyribus Leontio ⁊ Carpophoro. Cap. lxxxvij.

LEonti⁹ ⁊ Carpophorus martyres in ciuitate aquileia paſſi ſūt tꝑib⁹ diocletiani ⁊ maximiani īꝑatorū ſub lyſia preſide. Qui cum eēnt arte medici: īfirmos q̄ſcūqꝫ ab oī lāguore ſanabāt nō tam naturalib⁹ medicaminib⁹

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN